Herba pedalis, ubique parciter lanosa. *Caules* plures ex eodem radice, simplices costati, erubescentes. *Folia* adeo crassa ut venæ nullæ transparent plana nec ullo modo ensiformia nihilominus costà erubescenti validà sub apice evanidà munita: *radicalia* primordialia palmaria spatulata et obtusissima; mox exsurgunt alia versum apicem elliptica vel lanceolata et acuta, basibus tamen semper angustis et nil nisi costas alatas exhibentibus: *caulina* minora, remota, sessilia, semi-amplexicaulia lanceolato-linearia, acuminata, acuta, summa in bracteis sensim diminuta: *omnia* dentata, dentibus nunc raris et ex glandulis parvis acutis omninò formatis, nunc frequentioribus et ex substantia folii constructis sed tunc etiam glandulis apiculatis. Folia juniora interdum revoluta sunt. *Corymbus* terminalis circiter 10-florus, pedunculis calyce vix duplo longioribus, tomentosis, bracteis linearibus acuminatis suffultis. *Calyx* cylindricus squamis paucis laxis minoribus calyculatus. Squamarum apices nigerrimæ. *Flosculi* disci calyce longiores, antheris stigma superantibus. *Flosculi* radii patentes calyce duplo longiores, limbis lanceolatis integerrimis vel emarginatis. *Pappus* simplex sessilis. *Receptaculum* nudum.

Hab. At Bloody Fall, where the Esquimaux were destroyed by the Northern Indians that accompanied Hearne, whence the specific name.

313. Cineraria integrifolia: *Willd.* iii. p. 2082. *Pursh.* ii. p. 528. (H.)

314. C. palustris: *Willd.* iii. p. 2080. (H. W. A.)

315. C. frigida: deciduo-tomentosa, foliis ovatis obsoletè dentatis: radicalibus petiolatis, caule ascendente unifloro. (B.)

Radix repens. *Caulis* palmaris et ultra, simplex striatus, uniflorus tomento laxo deciduo vestitus. *Folia* plerumque ovata obtusa remote obsoleteque dentata 3-vel 5-nervosa, marginibus sub revolutis; *sub-radicalia* minora, glabra, in petiolum longum attenuata; *caulina media* majora tomento ut in caule vestita; *caulina suprema* minora, linearia. *Flos* luteus. *Calyx* simplex pilis glanduliferis villosus, laciniis linearibus acutis longitudine disci. *Flosculi* radii calyce duplo longiores 3-dentati.

316. C. Lewisii: Erigeron compositum: *Pursh.* ii. p 535. (B.)

317. Aster? exscapus: foliis radicalibus lineari-lanceolatis adpresso pilosis flore sessili altioribus. (C.)

Radix fusiformis superne in candices breves crassos reliquiis foliorum obtectos divisa. *Folia* radicalia sesquipollicaria angusta acuta, inferne sensim attenuata, integerrima, utrinque pilis adpressis vestita. *Flos* magnus albidus in summo candicis sessilis foliisque paulo brevior. *Calyx* adpresso-imbricatus, laciniis angustis lineari-subulatis acutis marginibus membranaceis ciliatis. *Flosculi* disci calyce paulo longiores pappo breviores. *Fl. radii* calyce plus duplo longiores angusti, lineares apice dentibus 3 conniventibus.

Hab. at Carlton House.

318. A. salicifolius: *Willd.* iii. p. 2030. *Pursh.* ii. p. 549. (W.)

319. A. graminifolius: *Pursh.* ii. p. 545. (H.)

320. A. paludosus: *Willd.* iii. p. 2033. *Pursh.* ii. p. 551. (H.)

321. A. paniculatus: *Willd.* iii. p. 2035. *Pursh.* ii. p. 551. (W.)

322. A. cordifolius: *Willd.* iii. p. 2036. *Pursh.* ii. p. 552. (W.)

323. A. salsuginosus: caule unifloro, foliis lineari-obovatis acutis sub-integerrimis venosis, calycibus laxè imbricatis linearibus acutis disco vix duplo radio plus triplo brevioribus. (W.)

Herbaceus. *Caules* plures ex eadem radice, dodrantales erecti aut ascendentes firmi simplices purpurei sed pilis brevissimis sub-incanis. *Folia* sessilia lineari-obovata lanceolatave plerumque acuta, integerrima